



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Locorum Communium Religionis Christianæ Partitiones

Arnoldus <Vesaliensis>

Coloniae, 1565

VD16 H 312

Caput 26. Quae operans & cooperans gratia?

urn:nbn:de:hbz:466:1-30256

enim est currentis, nec volentis, sed *Rom. 9.*
Dei per gratiam miserentis.

Caput 26.

Quæ operans & cooperans gratia?

Duplicem Deus gratiam libero confert arbitrio: operantem, nempe qua voluntatem præparat, ut bonum velit: & cooperantem, ne frustra, sed ipsa re atque effectu velit.

Hinc malè sentit hæreticus, putâs hominem posse & velle bonum operari ex libero arbitrio sine gratia, *Rom. 9.*
cùm dicat Apostolus: Non est volentis neque currentis, sed miserentis Dei. Neque enim ideo Deus alicuius miseretur, quia velit & currat: sed ideo vult & currit, quia Deus eius miseretur: ita ut totum Deo tribuatur, qui hominis voluntatem præuenit & præparat, & adiuuat præparatam, ad efficaciter operandum. *1. Cor. 15.*
Psal. 26.

At eadem gratia, quæ dicta est operans & cooperans, quandoque & præueniens & subsequens nominatur.

Quæ operans seu præueniens, si des est dilectioni coniuncta, voluntatem bonam non quidem tempore, sed natura & causalitate præcedens: *Psal. 58.*
Matt. 5.
Luc. 11.

D 7 ab ipsa

LOCORVM COMMVNIVM
ab ipsa voluntate, non aliquo meri-
to acquiritur, sed à deo gratis datur:
habita tamen gratia, ipsamq; comi-
tans voluntas, multa alia Dei dona
præcedit.

Ordinem gratiarum hunc consti-
tuit Augustinus. Principio datur in-
tellectus & cognitio boni, vt nimi-
rum videas quàm utilis & honesta
iustitia sit. Proximū est eiusdem con-
cupiscentia seu desiderium. Ac de-
mum, vt iustitiam cum delectatione
opereris.

Porro quoniam multi habent bo-
ni desiderium, quod tamen nondum
queunt perficere: æstimari facile po-
test, quàm sit alia atque alia operan-
tis atque coöperantis gratiæ vis &
ordo, licet eodem fonte promanet.

Sunt autem tria bonorum gene-
ra: magna, vt virtutes, quibus nemo
malè vti potest: minima, & bona tem-
poralia: & media, vt potentiæ ani-
mæ: quibus vltimis duobus, & bonè
& malè homines vti possunt. In me-
dijs autem bonis etiam liberum ar-
bitrium continetur: cuius etiam bo-
nus vsus, virtus est, quæ in magnis
bonis computatur, quæ omnia à deo
esse constat,

Caput

Q
P
R
vel
tas
nullus m
in homin
Virtut
autem à
am de gr
tia estis f
ex vobis
Quam
mine me
principa
gratia gr
hominis
gratia &
motus, &
Vnde
rer rect
bus iuste
dictum e
tutem et
piendum
Hinc
& chari
tus anim
tutes an